



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1618. usque ad annum 1620

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1777**

**VD18 90118847**

§. 62. Variæ decisiones Romanorum Congregationum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67326](#)

Acrius quoque calamo suo infectabatur Sæc. XVII.  
 Calvinistas, contra quos conscripsit spe- A.C. 1618.  
*culum Theologicum, in quo Calvinistici Er-*  
*rores Bartholomæi Keckermani ex puris*  
*præceptis Logicis, & S. Scriptura confun-*  
*duntur. Pariter idem Author typis vul-*  
*gabat clavem suam Theologico - Philoso-*  
*philicam præter compendium Corinthiacum*  
*Theologie. Censent nonnulli Jonam*  
*jam anno priori deceſſisse.*

## §. LXII.

*Variæ decisiones Romanarum Con-*  
*gregacionum.*

Occurrentibus hoc anno variis dubiis *Decis. Con-*  
*tam circa ritus, quam Sacramen-*  
*torum administrationem, diversæ etiam *S. Ri-**  
*prodierunt S. Congregationum decisio-*  
*nies, & quidem die decima nona Ja-*  
*nuarii Sacra Episcoporum Congregatio *tuum, S.Of-**  
*declarabat, quod Excommunicationis *ficii &c.**  
*pœna non sit imponenda iis, qui am-*  
*bitione contendunt, ut ad beneficia*  
*vacatura præsententur. Sacra etiam*  
*Rituum Congregatio die vigesima se-*  
*cunda ejusdem Mensis ad propositum*  
*dubium respondit, quod substitutus*  
*Archipresbytero non possit Missas. &*  
*Divina Officia celebrare, quæ ad ipsum,*  
*si adesset, spectarent, sed id pertineat*  
*ad Canonicos successive. Eadem quo-*

O 4 que

Sæc. XVII. que Congregatio die duodecima Martii  
A. C. 1618. decidit, quod sub nomine festi novem  
Lectionum censeatur etiam Dominica,  
proin si in ea occurrerit fœlum duplex,  
in Cathedralibus & Collegiatis canen-  
dæ sint duæ Missæ. Declaratum quo-  
que die trigesima prima ejusdem Men-  
tis, quod Canonici Cathedralis & Col-  
legiatæ semper præcedant Regularibus,  
etiam in ipsorum Regularium Ecclesiis.  
Canonicus vero, etsi choro intersit, nisi  
tamen psallat, distributiones quotidia-  
nas non lucretur, uti statuit die septi-  
ma Aprilis S. Congregatio Concilii. Die  
autem quarta Maij decisum fuit, quod  
Monialium Confessarius Regularis ex-  
tra officii sui necessitatem non possit  
cum Monialibus colloqui: pariter die  
secunda Junii a S. Rituum Congregatio-  
ne fancitum est, quod in Festo SS. Cor-  
poris Christi non sit deferenda in Sup-  
plicatione Eucharistia Sacerdotum hu-  
meris, sed celebrantis manibus, non  
obstante quacunque consuetudine. De-  
clarabat quoque S. Congregatio Episco-  
porum, quod Confessarius Regularis,  
cessante fraude, possit absolvere a qui-  
buscunque peccatis in Diœcesi, in qua  
est approbatus, reservatis, quamvis  
forte reservati essent ab Episcopo pœ-  
nitentis: absolutio autem a censuris  
omnino gratis concedenda sit etiam in  
foco

foro exteriori, excepto eo, quod No- Sæc. XVII.  
tario & Judici debetur. Declarabat in A. C. 1618.  
super S. Rituum Congregatio, quod  
Episcopus in aliena Ecclesia non possit  
sibi pulvinar, & pannum coloris vio-  
lacei sternere, nec extra suam Diæce-  
sin ei competit deosculatio textus Evan-  
gelii, nec etiam Metropolitanus valeat  
absolvere excommunicatos Suffraganei  
occasione violatæ libertatis, & immu-  
nitatis Ecclesiasticæ, neque appellatio-  
nes admittere, nisi Ecclesia seu libertas  
Ecclesiastica in ejus honorem sit prius  
integre restituta: uti S. Congregatio  
Episcoporum in favorem Episcopi Suf-  
fraganei Tropeæ contra Archiepisco-  
pum Reginensem die nona Novembris  
decidit.

### §. LXIII.

*Censura S. Facultatis Theologicæ Co-  
loniensis in quatuor libros Marci  
Antonii de Dominis Apostatæ.*

Postquam perniciosus Marci Antonii *Argentre*  
*de Dominis* quondam Spalatensis *coll. Jud.*  
*Archiepiscopi liber de Republica Eccle-* t. 3. p. 191.  
*sistica* ex Anglia in Germaniam dela-  
tus fuerat, mox Ferdinandus Colonien-  
sis Archiepiscopus atque Elector hujus  
libri examen, censuramque probatori-  
bus Facultatis Theologicæ Doctoribus

O 5 com-